

The *Lucula noctis* Project
(<http://web.wlu.ca/history/cnighman/LN/index.html>)

Scriptura sacra d

Roborat autem universa hec ad Volusianum scriptitans Augustinus, ubi inter cetera dicit: “Hic laudabilis rei publice salus habetur; neque enim optime custoditur civitas nisi fundamento et vinculo fidei firmeque concordie, cum bonum commune diligitur, quod summum atque verissimum Deus est.”

Lucula noctis, 18 (E. Hunt ed., p.153, ll.212-217).

Hic phisica quoniam omnes omnium naturarum cause in Deo creatore sunt. Hic ethica quoniam uita bona et honesta non aliunde formatur quam cum ea que diligenda sunt, et quemadmodum diligenda sunt, diliguntur; hoc est Deus et proximus. Hic logica quoniam ueritas lumenque anime rationalis non nisi Deus est.

Hic eciam laudabilis rei publice salus. Neque enim optime custoditur ciuitas nisi fundamento et uinculo fidei firmeque concordie cum bonum commune diligitur quod summum atque uerissimum Deus est.

Augustinus ibidem (II. epistola ad Volusianum).

Manipulus florum, Scriptura sacra d

hic physica, quoniam omnes omnium naturarum causae in deo creatore sunt; hic ethica, quoniam uita bona et honesta non aliunde formatur, quam cum ea, quae diligenda sunt, quem ad modum diligenda sunt, diliguntur, hoc est deus et proximus; hic logica, quoniam ueritas lumenque animae rationalis non nisi deus est;

hic etiam laudabilis rei publicae salus, neque enim conditur et custoditur optima ciuitas nisi fundamento et uinculo fidei firmaeque concordiae, cum bonum commune diligitur, quod summum ac uerissimum deus est,

atque in illo inuicem sincerissime se homines diligunt, cum propter illum se diligunt, cui, quo animo diligant, occultare non possunt.

Augustinus Hipponensis, *Epistulae*, 137.5 (CSEL 44, A. Goldbacher ed., pp.121-2, ll.16-18, 1-9).